

dierum¹¹³. Sapientes interpretantur mensem pro die, alii^a annum, alii
 40 seculum, ut^b XLV dies, qui^c leguntur^d in Daniele^d, XLV^c menses^e vel^e
 annos significant^f vel secula^g vel annorum curricula maiora vel minora.
 Quibus temporibus dicunt^h apparere signa et terrores, ut ab omnibusⁱ
 agatur penitentia et convertantur^j ad unam fidem omnia, et ab omnibus
 expectetur^k propinqua^l dies iudicii.

45 Isti consideraverunt^m tribulationes, que acciderunt filiis Israel a Iacob
 usque ad Christum, et eaⁿ, que acciderunt malaⁿ ecclesie a Christo
 usque ad presens^o tempus^p, illis conferentes. Quinque^q persecutiones^r
 transisse^s asserunt^t et sextam expectant, que infra XL^u annos, ut^v
 dicunt^v, duplex^w futura est. Dicunt enim^x hec^y esse VII^z signacula, que
 50 vidit Iohannes in Apocalypsi¹¹⁴, qui sex tribulationes synagoge^{aa} com-
 parant^{bb} VI persecutionibus ecclesie. In primo autem signaculo^{cc} erit
 tempus quasi quietis et pacis; quam pacem comparant illi, que fuit in^{dd}
 nativitate Christi.

In lateribus huius linee, que ab Adam usque^{ee} ad Christum iudicem
 55 protenditur, quedam contemporanea ponuntur^{ff}, ut priora^{gg} posteriori-
 bus comparata secundum predictam rationem mundi instare^{hh} finem^h

a) folgt autem P₅ b) korrigiert aus ux Z c-c) fehlt V₄ d-d) in Daniele leguntur V₄ e-e) fehlt P₁₀ f) significant Z g) seculi Z h) dicit Christus P₁₀ i) hominibus α j) revertantur V₄ k) expectentur P₅ l) propinquus V₄ m) considerant α n-n) mala, que acciderunt Z, ea, que acciderunt matri P₁₀ o) hoc P₁₀ p) folgt ea Z q) folgt autem Z r) folgt iam Z, folgt durchgestrichen transivisse V₄ s) transivisse P₅ t) affirmant P₁₀ u) 60 P₅ v-v) fehlt α w) fehlt P₁₀ x) fehlt V₄, autem Z y) fehlt P₁₀, hoc P₅ z) fehlt P₁₀V₄ aa) fehlt P₅ bb) comparatur P₅, comparat V₄ cc) sigillo P₅ dd) a V₄ ee) fehlt P₅ ff) fehlt P₅ gg) postea P₅ hh-h) finem instare V₄, instare P₅

113) In Dan. 12,11f. heißt es über die Endzeit: Et a tempore, cum ablatum fuerit iuge sacrificium et posita fuerit desolatio in desolatione, dies mille ducenti nonaginta. Beatus, qui expectat et pervenit ad dies mille trecentos triginta quinque. Wie LERNER, Refreshment (wie Anm. 56), S. 101–103, gezeigt hat, hängt diesbezüglich die mittelalterliche Theologie von Hieronymus. In seinem Danielkommentar deutet er die Differenz zwischen 1335 und 1290 als 45 Tage der letzten Prüfung, der sich die Heiligen nach dem Ende des Antichrist und vor dem Ende der Welt unterziehen mußten.

114) Vgl. Apoc. 6,1–17; 8,1.